

DISPUTATIO D. MARTINI LVTHERI THEOLOGI
PRO DECLARATIONE VIRTUTIS INDULGENTIARVM

AMORE ET STUDIO ELVCI-
dande ueritatis hæc subscripta disputa-
buntur Vuitenbergæ, Praesidente R.P.
Martino Luther, Artium & S. Theologie
Magistro, eiudemque ibidem lectoré
Ordinatio. Quare petit ut qui non possunt
uerbis præfentes nobiscum disceptare, agant
id literis absentes. In nomine domini no-
tri Iesu Christi. Amen.



Ominus & Magister
noster Iesus Christus, di-
cendo paenitentiam agite
&c. omnem uitam fide-
lium, paenitentiam esse
uoluit.

- ij Quod uerbum paenitentia de paenitentia sacramentali (i.e. confessionis & satisfactio-
nibus) sacerdotum ministerio celebra-
tur non potest intelligi.
- iii Non tamen solam intendit interiorem: im-
mo interior nulla est, nisi foris operetur
uarias carnis mortificationes.
- iv Manet itaque pena donec manet odium sui
(i.e. paenitentia uera intus) scilicet usque
ad introitum regni celorum.
- v Papa non uult nec potest, ullas penas re-
mittere: præter eas, quas arbitrio uel suo
uel canonum imposuit.
- vj Papa non potest remittere ullam culpam,
nisi declarando & approbando remissionem
a deo. Aut certe remittendo casus refer-
uatos sibi, quibus contemptis culpa pro-
fusa remaneret.
- vii Nulli profusa remittit deus culpam, quin si-
mul eum subiicit humilitatum in omni-
bus sacerdoti suo uicario.
- viii Canonæ paenitentiales solum uiuentibus
sunt impositi: nihilque morituris, secun-
dum eisdem debet imponi.
- ix Inde bene nobis facit spiritus sanctus in Pa-
pa: excipiendo in suis decretis semper ar-
ticulum mortis & necessitatis.
- x Indocte & male faciunt sacerdotes ij, qui
morituris paenitentias canonicas in pur-
gatorium referuant.
- xj Zizania illa de mutanda pena Canonica in
penam purgatorij, uidentur certe dor-
mientibus Episcopis feminata.
- xii Olim penæ canonice non posse, sed ante
abolutionem in ponebantur, tanquam
tentamenta uerae contritionis.
- xiii Moriuri, per mortem omnia soluunt, &
legibus canonum mortui iam sunt, ha-
bitantes iure earum relaxationem.
- xiv Imperfecta sanitas seu charitas morituri,
necessario secum fert magnum timorem,
tantoque maiorem, quanto minor fuerit
ipsa.
- xv Hic timor & horror, satis est, se solo (ut alia
taceam) facere penam purgatorij, cum
sit proximus deferationis horro.
- xvi Videntur, infernus, purgatorium, celum
differre: sicut desperatio, prope despera-
cio, securitas differunt.
- xvii Necessarium uidetur animabus in purga-
torio sicut minui horrorem, ita augeri
charitatem.
- xviii Nec probatum uidetur ullis, aut rationibus,
aut scripturis, quod sint extra flatum me-
riti seu augenda charitatis.
- xix Nec hoc probatum esse uidetur, quod sint
de sua beatitudine certa & secura, sal-
tem omnes, licet nos certissimi simus.
- xx Igitur Papa per remissionem plenariam om-
nium penarum, non simpliciter omnium
intelligit, sed a seipso tantummodo im-
politarum.
- xxi Errant itaque indulgentiarum prædicatores
ij, qui dicunt per Papam indulgentias, ho-
minem ab omni pena solui & saluari.

- xxij Quin nullam remittit animabus in purga-
torio, quam in hac uita debuissent secun-
dum Canones soluere.
- xxiiij Si remissio ulla omnium omnino penarum
potest alicui dari: certum est eam non
nisi perfectissimis, i.e. paucissimis dari.
- xxiv Falli ob id necesse est, maiorem partem po-
puli: per indifferenter illam & magni-
ficam penæ solutæ promissionem.
- xxv Qualem potestatem habet Papa in purga-
torium generaliter talen habet quilibet
Episcopus & curatus in sua dioecesi, & pa-
rochia specialiter.
- xxviij Optime facit Papa, quod non potestate
clavis (quam nullam habet) sed per mo-
dum suffragij, dat animabus remissionem
- xxvij Hominem predicit, qui statim, ut iactus
nummus in cistam tinnicrit, evolare dic-
unt animam.
- xxviii Certum est nummo in cistam tinniente, au-
geri queſtum & auſtricium posse: suffra-
gium autem ecclesiæ est in arbitrio dei
folius.
- xxix Quis scit si omnes animæ in purgatorio ue-
liri redimi, sicut de sancto Seuferino &
paschali factum narratur?
- xxx Nullus securus est de ueritate sua contrito-
nis: multo minus de consecutione plena-
riae remissionis.
- xxxij Quam rarus est uere paenitens, tam rarus est
uere indulgentias redimens. i.e. rarissimus.
- xxxij Damnabuntur in aeternum cum suis magis-
tris, qui per literas ueniarum securos se-
credunt de sua salute.
- xxxij Cauendi sunt nimis, qui dicunt uenias illas
Papa, donum esse illud dei inestimabile,
quo reconciliatur homo deo.
- xxxiv Gratiae enim illæ ueniales tantum respiciunt
penas satisfactio[n]is sacramentalis, ab ho-
mine constitutas.
- xxxv Non christiana prædicant, qui docent, quod
redemptus animas, uel confessionalia
non sit necessaria contritio.
- xxxvj Quilibet christianus uere compunctus, habet
remissionem plenariam a pena & culpa,
etiam sine literis ueniarum, sibi debitam.
- xxxvij Quilibet ueris christianus siue uiuus siue
mortuus, habet participationem omnium
bonorum Christi & ecclesiæ, etiam sine
literis ueniarum, a deo sibi datum.
- xxxvij Remissio tamen & participatio Papa, nullo
modo est contemnenda: quia (ut dixi) est
declaratio remissionis diuinæ.
- xxxix Difficillimum est etiam acutissimis Theolo-
gis, simul extollere ueniarum largitatem,
& contritionis ueritatem coram populo.
- xl Contritionis ueritas penas querit & amat.
Veniarum autem largitas relaxat & odiſſe
facit, saltem occasione.
- xlij Caute sunt uenias apostolicæ prædicande,
ne populus false intelligat, eas præferri
cæteris bonis operibus charitatis.
- xlij Docendi sunt christiani, quod Papa mens
non est, redemptionem ueniarum ulla ex
parte comparandam esse operibus misericordie.
- xlij Docendi sunt christiani, quod dans pauperi,
aut mutuans egenti, melius facit, qui si
uenias redimeret.
- xliv Quia per opus charitatis crescit charitas, &
sit homo melior: sed per uenias non fit
melior, sed tantummodo a pena liberior.
- xlv Docendi sunt Christiani, quod qui uidet e-
genum & negleget eo, dat pro uenias:
non indulgentias Papæ, sed indignationem
dei sibi uendicat.
- xlvj Docendi sunt Christiani, quod nisi super-
fluis abundet, necessaria tenentur domui
sue retinere, & nequaquam propter ueni-
as effundere.
- lxvij Docendi sunt christiani, quod redemptio
ueniarum est libera, non præcepta.
- lxvij Docendi sunt christiani, quod Papa sicut
magis eget, ita magis optat, in uenij
dandis pro se deuotam orationem, quam
promptam pecuniam.
- il Docendi sunt christiani, quod veniae Papæ
sunt utiles, si non in eas confidant: sed
nocentissimæ, si timorem dei per eas
amittant.
- l Docendi sunt christiani quod si Papa nosset
exactiones uenialium prædictorum, mal-
let Basilicam S. Petri in cineres ire, quam
edificari cute, carne & ossibus ouium
suarum.
- lj Docendi sunt christiani, quod Papa sicut
debet ita uellet: etiam uendita (si opus sit)
Basilica S. Petri, de suis pecunijs dare il-
lis, a quorum plurimis quidam conciona-
tores ueniarum pecuniam eliciunt.
- lij Vana est fiducia salutis per literas ueniarum,
etiam si Commissarius, immo Papa ipse
suam animam pro illis impigneraret.
- lij Hostes christi & Papæ sunt ij, qui propter
uenias prædicandas uerbum dei in alijs
ecclesiis penitus silere iubent.
- liv Iniuria fit uerbo dei, dum in eodem sermo-
ne, æquale uel longius tempus impendi-
tur uenij quod uerbis euangelicis.
- lv Mens Papæ necessaria est, quod si ueniae
(quod minimum est) una campana, unis
pompis & ceremonijs celebrantur: Eu-
angelium (quod maximum est) centum
campanis, centum pompis, centum cari-
monij, prædicetur.
- lvj Thesauri ecclesiæ, unde Papa dat indulgen-
tias, neque satis nominati sunt, neque
cogniti apud populum Christi.
- lvij Temporales certe non esse patet, quod non
tam facile eos profundunt: sed tantum-
modo colligunt multi Concionatorum.
- lvij Nec sunt merita Christi & sanctorum: quia
hæc semper sine Papa operantur gratiam
hominis interioris, & crucem, mortem
infernumque exterioris.
- lx Thefauros ecclesiæ S. Laurentius dixit esse,
pauperes ecclesiæ, sed locutus est uero uo-
cabuli suo tempore.
- lx Sine temeritate dicimus claves ecclesiæ (me-
rito Christi donatas) esse thefaurum istum.
- lxj Clarum est enim quod ad remissionem penia-
rum & casuum sola sufficit potestas Papæ.
- lxij Verus thefaurus ecclesiæ est sacroſanctum
Euangelium gloriae & gratiae Dei.
- lxij Hic autem est merito odiosissimus, quia ex
primis facit nouissimos.
- lxiv Thesaurus autem indulgentiarum merito est
gratissimus, quia ex nouissimis facit pri-
mos.
- lxv Igitur thefauri Euangelici rhetia sunt, qui-
bus olim pescabantur uiros diuinarum.
- lxvj Thesauri indulgentiarum retia sunt, quibus
nunc pescantur diuinas uirorum.
- lxvij Indulgenter, quas concionatores uociferan-
tur maximas gratias, intelliguntur uere
tales quod queſtum promouendum.
- lxvij Sunt tamen re uera minimæ ad gratiam dei
& crucis pietatem comparatæ.
- lxix Tenentur Episcopi & Curati ueniarum
apostolicarum commissarios cum omni
reuerentia admittere.
- lx Sed magis tenentur omnibus oculis inten-
dere, omnibus auribus aduertere, ne pro
commissione papæ sua illi somnia præ-
dicent.
- lxij Contra ueniarum apostolicarum ueritatem,
qui loquitur, sit ille anathemo & male-
dictus.
- lxij Qui uero contra libidinem ac licentiam uer-
borum Concionatoris ueniarum, curam
agit: Sit ille benedictus.
- lxvij Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in frau-
dem negotiij ueniarum quacunque arte
machinantur.
- lxxiv Multo magis fulminare intendit eos, qui per
ueniarum prætextum in fraudem fancta
charitatis & ueritatis machinantur.
- lxxv Opinari uenias papales tantas esse ut soluere
possint hominem, etiam si quis per im-
possibile dei genitricem uiolasset, est in-
fanire.
- lxxvij Dicimus contra quod ueniae papales, nec
minimum uenialium peccatorum tollere
possint quoad culpam.
- lxxvij Quod dicitur, nec si S. Petrus modo Papa
esset, maiores gratias donare posset, est
blasphemia in S. Petrum & Papam.
- lxxvij Dicimus contra, quod etiam iste & quilibet
papa maiores habet. scilicet Euangeliū,
uirtutes, gratias curationum & c. ut. j.
Co. xij.
- lxxix Dicere Crucem armis papalibus insigniter
erectam, cruci Christi æquivalere, Blas-
phemia est.
- lxxx Rationem reddent Episcopi, Curati, &
Theologi, Qui tales sermones in po-
pulum spargi sinunt.
- lxxxij Facit hæc licentiosa ueniarum prædicatio, ut
nec reuerentiam Papæ facile sit etiam
doctis uiris redimere a calumnijs, aut cer-
te argutis questionibus laicorum.
- lxxxij Scilicet cur Papa non euacuat purgatorium,
propter sanctissimam charitatem, & sum-
mam animarum necessitatem, ut causam
omnium iustissimam, Cum tamen infinitas
animas redimit propter funestissimam
pecuniam ad structuram Basilicæ quæ est
causa leuissima.
- lxxxij Item cur permanent exequæ & anniuersaria
defunctorum, & non reddit aut recipi
permittit beneficia pro illis instituta, cum
iam sit iniuria pro redemptis orare.
- lxxxiv Item Quae illa noua pietas Dei & Papæ,
quod impio & inimico propter pecuniam
concedunt, animam piam & amicam dei
redimere: Et tamen propter necessitatem
ipius met pia & dilecta animæ, non redi-
munt eam gratuita charitate.
- lxxxv Item cur canones penitentiales, re ipsa & non
usu, iam diu in semet abrogati & mortui:
Adhuc tamen pecunijs redimuntur per
concessionem indulgentiarum tanquam
uiuacissimi.
- lxxxvij Item Cur Papa, cuius opes hodie sunt opu-
lentissimis Crassis crassiores, non de suis
pecunijs magis quam pauperum fidelium
struit unam tantummodo Basilicam S.
Petri.
- lxxxvij Item Quid remittit aut participat Papa ij,
qui per co[n]tritionem perf. etam, ius
habent plenariae remissionis & partici-
pationis.
- lxxxvij Item Quid adderetur ecclesiæ boni maioris,
Si Papa sicut semel facit, ita centies in die
cuilibet fidelium has remissiones & par-
ticipations tribueret.
- lxxxix Ex quo Papa salutem querit animarum per
uenias magis quam pecunias, Cur suspen-
dit literas & uenias iam olim concessas,
cum sint æque efficaces.
- xc Hæc scrupulosissima laicorum argumenta,
sola potestate compescere, nec redita ra-
tione diluere, est ecclesiæ & Papam hos-
tibus ridendos exponere, & infelices
christianos facere.
- xcj Si ergo ueniae secundum spiritum & mentem
papæ prædicarentur, facile illa omnia
soluerentur, immo non essent.
- xcij Valeant itaque omnes illi prophetæ, qui di-
cunt populo Christi, Crux crux, & non est crux.
- xcij Bene agant omnes illi prophetæ, qui dicunt
populo Christi, Crux crux, & non est crux.
- xciv Exhortandi sunt Christiani, ut Caput suum
Christum per penas, mortes, infernosque
sequi studeant.
- xcv Ac sic magis per multas tribulationes intrare
celum, quam per securitatem pacis con-
fidant.